

simum erit. Deinde prima vox Musicalis ut, Systemati eadem facilitate, quâ Bo præscribi non potest, & tertio duriusculè usitatae voces, si celeriter sint efferendæ, pronunciantur. Organicines etiam non habent, quod de hac mutatione conqueri possint: retineant suas claves, quibus assueti sunt, quemadmodum Citharædi & alij suas peculiare notas habent cantilenæ scribendæ, aut si vo- lent, hisce etiam assuescant.

## De questione vicesimâ & vi- cesimâ primâ.

### De definitione & distributione Musices.

**H**Æ questiones non eam ob causam pro-  
positæ sunt, credo, quòd dubitationem  
magnam habere videantur. Nam cum su-  
prà de genere Musices, an sit ars vel scientia  
disputatum sit, amplius non magnopere quid  
in definitione controverti potest. Sic de dis-  
tributione ferè consentiunt omnes, quòd  
Musica in Theoricam dividatur & practi-  
cam, Practicam verò in Notationem & Mo-

L S

dulz-